Rostocker Dokumentenserver
Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.
Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Decanus, Senior, Et caeteri Professores Facultatis Philosophicae in Universitate Rostochiensi, Lectori benivolo S. Publicata non ita pridem ab Eximio Philosophiae Magistro de Nexu Artium Disputatio est ...

[Rostochii]: Kilius, 1658

http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn747832099

Druck Freier Zugang PUBLIC DOMAIN

DECANUS, SENIOR,

Et cæteri Profeſſores Facultatis Philoſophicæ in Univerſitate Roſtochienſi,

Lectori benivolo S.

PUblicata non ita pridem ab Eximio Philoſophiæ Magiſtro de NEXU ARTIUM Diſputatio eſt, non in magnum adeò intenta quiddam, uti, quæ complecteretur, Legis INSTAR haberent; ſed ut materiam ſaltim præberet, circa quam Auctoris induſtria exercendo occuparetur. Si qui in hujuſce generis commentationibus præfractè requirant, quæ lucernam omni ex parte oleant, aut admorſos ſapiant ungues, næ ſeveri illi nimis, quin, quâ ipſi quondam conditione fuerint, obliti eſſe videntur. Non lecta, fatemur, antè, quàm ederetur, imò ne viſa quidem COLLEGIS omnibus eſt diſſertatio: quod propter Titulum de NEXU nec opus erat. Deindè verò etiam, ſi quod eſt παρά-πλωμα, nec probamus, nec defendimus; ſaltim condonandum exiſtimamus ei eſſe, qui non niſi ARTES, aut quicquid cum artibus fortè cohæreret, connectere voluit. Cæterùm eſto: nil eximium in ſe, quod ad JURA attinet, habeat, & de vitiis Tarteſsiâ murænâ grandioribꝰ convictꝰ ſit NEXUS iſte ARTIUM; moneri non abs re vel is qui ſcripſerat, vel noſmet etiam ipſi debebamus (monendi certè ſat temporis erat) uti juberemus hominem ſivè ἁμάρτημα, quocunque etiam teneretur, corrigere, ſivè à diſputando penitùs abſtinere. Nunc cùm neutris facta ea ſit gratia, innoxiam FACULTATEM ipsâ hac ſcriptione teſtari, & de cætero bonis ac cordatis CENSURAM omnem committere volumus.

P. P. ſub Sigillo Facultatis, ad diem IIX. EID. Febr.
Anno recuperatæ gratiæ cIↃ IↃ cLIIX.

Typis Hæredum NICOLAI KILII, Acad. Typ.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn747832099/phys_0001
DFG

DECANUS, SENIOR,

Et cæteri Profeſſores Facultatis Philoſophicæ in Univerſitate Roſtochienſi, Lectori benivolo S.

PUblicata non ita pridem ab Eximio Philoſophiæ Magiſtro de NEXU ARTIUM Diſputatio eſt, non in magnum adeò intenta quiddam, uti, quæ complecteretur, Legis INSTAR haberent; ſed ut materiam ſaltim præberet, circa quam Auctoris induſtria exercendo occuparetur. Si qui in hujuſce generis commentationibus præfractè requirant, quæ lucernam omni ex parte oleant, aut admorſos ſapiant un-gues, næ ſeveri illi nimis, quin, quâ ipſi quondam conditione fuerint, obliti eſſe videntur. Non lecta, fate-mur, antè, quàm ederetur, imò ne viſa quidem COLLE-GIS omnibus eſt diſſertatio: quod propter Titulum d NEXU nec opus erat. Deindè verò etiam, ſi quod eſt ἀμ-βλωμα, nec probamus, nec defendimus; ſaltim condo-nandum exiſtimamus ei eſſe, qui non niſi ARTES, au quicquid cum artibus fortè cohæreret, connectere voluit. Cæterùm eſto: nil eximium in ſe, quod ad JURA attinet habeat, & de vitiis Tarteſsiâ murænâ grandioribꝰ convict ſit NEXUS iſte ARTIUM; moneri non abs re vel is qu ſcripſerat, vel noſmet etiam ipſi debebamus (monendi cer-tè ſat temporis erat) uti juberemus hominem ſivè ἁμάρτημα quocunque etiam teneretur, corrigere, ſivè à diſputand penitùs abſtinere. Nunc cùm neutris facta ea ſit gratia innoxiam FACULTATEM ipsâ hac ſcriptione teſtari, & de cætero bonis ac cordatis CENSURAM omnem com-mittere volumus.

P. P. ſub Sigillo Facultatis, ad diem IIX. EID. Febr. Anno recuperatæ gratiæ CIↃ IↃ CLIIX.

Typis Hæredum NICOLAI KILII, Acad. Typ.